



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

60. C. Iulius Cæsar.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

## C. Licinius Calvus.

CAPVT LIX.

*Moresa, & meticulosus eloquentia plus habet opera, minus felicitatis.*

Caius Licinius Calvus accuratius quodam dicendi, & exquisitus afferebat genus: quod quamquam scienter, eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in se, atque ipse sese obseruans, meruensque ne virtutum colligerer, etiam verum sanguinem deperdebat. Itaque eius oratio nimia religione attenuata doctis, & artent audientibus erat illustris, à multitudine autem, & à foro, cui nata est eloquentia, deuorabatur. Atticum se Calvus dici oratorem volebat, inde ista exilitas, quam de industria consequbebatur.

## C. Iulius Caesar.

CAPVT LX.

Mens magna C. Iulij Cæsaris, & vt ait Plinius, quodam igne volucris bellorum laureis eloquentiae palmas adtexuit, de quo summi oratoris extat iudicium honorificissimum. Cæsar, inquit, rationem adhibens, consuetudinem virtutam, & corruptam puram, & incorrupta consuetudine emendat, itaque cum ad hanc elegantiam verborum latinorum, que etiam si orator non sis, & sis ingenuus ciuius Romanus, tamen necessaria est, adiungit illa oratoria ornamenta dicendi, tum videruntur tanquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Hanc cum habeat præcipuum laudem in communibus non video, cui debeat cedere, splendidam quandam, minimeque veterioram dicendi rationem tenet, voce, motu, forma etiam magnifica, & generosa quodammodo, orationes eius mihi vehementer probantur. Atque etiam commentarios quosdam scriptis rerum suarum, valde quidem (inquam) probandos, Nudi enim sunt, reati, & venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste detracta. Sed dum voluit alios habere parata, vnde sumerent, qui velle scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui volunt ista calamistris inurere, sanos quidem homines à scribendo deterruit. Nihil enim in historia pura, & illustri, breuitate dulciss. At lib. 3. de Oratore, tribuit illi singulariter dexteritatem, quod res tragicas penè comicæ, tristes remissæ, leueras hilarè, forenses, scœnica propè venustate tractaret. Atque ita,

vt neque iocus magnitudine rerum excludetur, nec grauitas facetijs minueretur. Plutarch. ait eum πονητὴν πρὸς λόγους ἀπειπε, καὶ διαπονητὴν πλούτου. Splendorem orationis illi tribuit Cornel. Tacitus, sicut alij indolem Cælio, subtilitatem Calidio, grauitatem Brutus, acumen Sulpicio, acerbitatem Cassio, diligentiam Pollio, dignitatem Messalæ, sanctitatem Calvus. Sed omnium optimè collegisse videtur Quintilianus, ubi ait Cæsarem dixisse eodem animo, quo bellavit.

N. N.

a Extant eorum fragmenta à Fulvio Virgino collecta. Ut orationis in Funere Iulii, pro Bitynis, pro lege Plantia, ad Milites, pro Sextilio, de Coniuratio, in funere Cornelia. Item ex libro Anticatenos de auxiliis, & analogis.

## Crispus Sallustius.

CAPVT LXI.

Crispus Sallustius, quod præclarè dictum est Lipsio, mirandus magis, quam iudicandus. Acre, & sublime viri ingenium, dicensi vis magna, crèbræ sententia, nervosa breuitas. Atque vt in minoribus cōchis, quoddaliant, illustriores sunt margarite, sic in Salustij orationibus, breuibus ijs quidem, sed in breuitate conspicuis generosiores sensus latent, & maiora eloquentiae ornamenta. Quippe narrat p̄fse, irrepit subtiliter, pugnat robuste, verbis vix ruquam temerarijs, sed acri castigatione delectis, sententijs veris, concionibus cultis. Quamquam suis nævijs non caruit, de quibus in comparatione Ciceronis, & Sallustij plenius dicturus sum.

## M. TULLIVS CICERO, PRO quo Apologia.

Contra Kix, οὐ νομίσει, qui ferream Cicero-nis eloquentiam, auream Demosthenis nominarat.

CAPVT LXII.

A Trigimus humanæ culmen eloquentiae, Romana eloquentia. Iam quo progrederiatur stylus non habet. Hic ille est Marcus Tullius, dono quodā pro genitū, in quo totas vires suas eloquentiae experiretur, par Imperio Romano in- genium,

Quicquid  
Romana eloquentia  
habet, quodā pro  
in soliti Gra-  
cia, aut op-